

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI. || RECENS
RECOGNI=||TA, ET MVLTI DE-||finitionibus aucta. ||**

Chyträus, David
Argentorati, 1589

VD16 ZV 30868

DE PROMISSIONIBVS ET COMMINATIONIBVS ADditis Decalogo.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149135

ligo, & cæcitas mētis : procliuſitas volun-
tatis præcipitantis in motus Deo displi-
centes, & incendia prauorum affectuū.
II. Externæ illecebræ, praua ſodalitia,
exempla multitudinis vicioſa, variæ &
multiplices delictorum occaſiones.
III. Impulſiones Diabolorum.

DE PROMIS- SIONIBVS ET COM- MINATIONIBVS AD- ditis Decalogo.

*In ſingulis Decalogi præceptis prodeſt has
quinque quæſtiones ordine conſiderari. 1. Quæ
virtutes flagitentur. 2. Quomodo fieri poſſint.
3. Quæ peccata prohibeantur. 4. Promiſſiones
additæ virtutibus. 5. Comminationes pœnarū,
quæ certiffimè peccata comitantur.*

*Eſi autem non ſunt additæ ſingulis Præ-
ceptis promiſſiones & comminationes in ipſo
Decalogo, tamen ſumma comprehenſa eſt in
bac concione addita primo Præcepto: Ego ſum
Dominus*

Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiâ & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt Præcepta mea. Item Levit. 18. Qui fecerit hæc, viuet in eis. Rom. 10. Gal. 3. & Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis.

His addantur promissiones premiorum & comminationes pœnarum, de virtutibus & vicijs singulorum præceptorum tradite, quarum pleraq; in Prouerbijs Salomonis & Syracide collectæ sunt, & passim in Prophetarum concionibus de bonorum operum præmijs, & peccatorum pœnis repetuntur.

Vt autem rectè intelligantur Promissiones & Comminationes, prodest has sex commensationes in cōspectu habere, quas nunc breuissimè recitabo.

PRIMO: Cùm Deus sit verax, certissimum est comminationes ipsius non inania terriculamenta esse, nec promissiones inanem sonitum esse, & ideo propositas, vt quoquo modo stultos demulceant. Firmissimè igitur statuamus,

*firma pœnit
sed non est
comminationis.*

mus,

mus, etiamsi sæpè euentus nobis non videntur respondere, tamen omnes diuinas promissiones & comminationes, in ea forma & sententia, qua Deus eas tradidit & interpretatus est, veras, certas, ratas, firmas & immotas esse.

Distinctionis promissionum
Evangelicæ
SECUNDO : Accuratissimis limitibus discernenda sunt genera promissionum. Promissio Euangelij propria, remissionem peccatorum, imputationem iusticiæ, Spiritum sanctum & vitam æternam omnibus credentibus GRATIS propter Christum promittit, non propter vllum nostrum meritum vel obedientiam.

legales,
Promissiones verò legales nequaquam gratis offerunt remissionem peccatorum & vitam æternam, & alia præmia spiritualia ac corporalia: sed annexam habent conditionem perfectæ obedientiæ, tanquàm causam & meritum, propter quod bona promissa sint exhibenda, ut dicitur: Qui fecerit hæc viuet. Item, Sum misericors his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

quæ ratione promissiones
TERTIO: Cum autem nemo præstet perfectam obedientiam, quam Lex flagitat, quærun anxie mentes, quomodo amplissima promissiones

missiones prämiorum singulis virtutibus additæ, nobis ratæ fiant, & quomodo pænæ vitari possint. Ad hanc questionem respondet Paulus 2. Corinth. 1. Omnes promissiones Dei in Christo sunt Amen, id est, ratæ ac firmæ, hoc est, verè & certò dantur propter Christum. Item Rom. 3. Legem stabilimus per fidem. Nam fide confugientibus ad Christum datur Spiritus sanctus, qui inchoat obedientiam cōgruentem cum Legē Dei, quæ præmijs spiritualibus & corporalibus in hac vita & æterna ornatur, uti. Timoth. 4. dicitur: Pietas habet promissiones præsentis & futuræ vitæ. Item Matth. 5. Merces vestra est copiosa in cælis.

promissiones
in Christo ratæ

Dantur autem præmia, in promissionibus oblata, eo ordine & modo, quem Christus in Evangelio præscribit. Marc. 10.³⁴ Recipient centuplum in hac vita, sed cum tribulatione, & post hanc vitam, vitam æternam, hoc est, præcipua præmia & præcipuæ pænæ differuntur in vitam æternam.

quo ordine
proportione
promissiones,

QUARTO: Discernendæ sunt promissiones in Evangelio traditæ.

Explicare promiss.
diffinitio.

Prima: summa, & maximè necessaria est

114. DE PROMISSIONE. ET
PROMISSIO GRATIÆ & reconcilia-
tionis ac vitæ æternæ, seu bonorū spiritualium
& æternorum, quæ Deus propter Christum
certò & nominatim & sine ulla conditione &
exceptione promissit se daturum esse. Hæc præ-
cipua Euangelij promissio semper rata & fir-
ma est credenti, etiam omnibus bonis corpora-
libus amissis. Ideoq; firmissima fide retinenda
est, vt Iob. 13. dicitur: Etiam si occiderit me,
sperabo in eum. Item, Ideo ex fide gratis, vt
firma sit promissio. *psal 89 v. 23. Confitebor nomini tuo in*

*rem corpora-
liū promissi
ones,*

Alie sunt promissiones Rerum corporaliū
necessariarum, ad huius vitæ mortalis con-
seruationem, vt vitæ, bonæ valetudinis, cibi,
potus, defensionis, liberationis ex morbis, car-
cere, exilio, bello, peste, fecunditatis agrorum
& similium: quæ panis quotidiani appellatione
continentur. *an a Deo facta* Has quoq; tradidit Deus propter
sex causas.

1. Vt agnoscamus Deum auctorem & con-
seruatorem esse etiam huius vitæ corporalis,
nec casu spargi bona corporalia, nec nostra
tantum diligentia acquiri: sed verè à Deo dari.
2. Et Ecclesia in hac vitæ conseruetur.
3. Vt Fides & Inuocatio, in petitione, &
expecta-

expectatione corporaliū bonorum exerceatur.

4. *Ut commonefaciant nos de Christo & promissione bonorum spiritualium.*

5. *Ut gratitudinem nostram Deo quotidie in usu bonorum corporaliū declaremus.*

6. *Ut bona corporalia sint adminicula nostrae vocationis, & instrumenta beneficentiae & aliarum virtutum.*

QVINTO: *Haec quoque promissiones bonorum, corporaliū verae & ratae sunt, sicut sonant, & certe exhibentur bona, sicut promissa sunt, videlicet additis his quatuor exceptionibus.*

*exceptiones corporaliū
p. miss. add. 22*

I. *Ne modus aut tempus exhibendi bona & liberationes corporales, Deo à nobis praescribatur: sed simpliciter ipsius sapientiae & voluntati paternae relinquatur. Ideoque parata sit ad obedientiam voluntas nostra, si diutius nos exercere Deus velit, & liberationem certo consilio differat.*

modus & tempus exhibendi

II. *Cum promittuntur bona bonis & obedientibus, non impeditur Deus his promissionibus, quominus impios & sceleratos seuerè puniat.*

III. *Cum in pijs etiam & obedientibus seu*

vera Ecclesia multa sordes peccatorum reliqua sint: certo consilio etiam Deus pios & sanctos ærumnis & cruce vult exerceri, propter duodecim causas, quæ in loco de Ecclesia recitabuntur.

*voc. rapit
in p. m. f. no.*
IIII. Non sunt rapiendæ promissiones corporales nostris consilijs sine vocatione diuina, ut filij Ephraim (1. Par. 7.) inuadentes terram promissam sine vocatione interficiuntur. Abraham verò, etsi promissa ipsi erat terra, tamen nunquam eam occupauit. Dauid, etsi promissum ipsi erat Regnū, tamen non rapuit Regnū, donec vixit Saul, sed vocationem expectauit.

*cur gemitus
sancti et
prophetæ*
SEXTO: Comminationes & pænæ, quæ immutabili ordine peccata comitantur, sanctis et sunt à Deo propter sex causas, quæ sunt:

I. Iusticia Dei, cuius norma æterna & immota est punire & destruere ac delere sceleratos.

II. Ut in pænis conspiciamus discrimen virtutis & viciorum, & agnoscamus Deum bonum, iustum, & virtutis amantem esse.

III. Ut hæc breues pænæ corporales sint commonefactiones de æternis pænis.

IIII. Ut pænæ nos impellant ad penitentiā, ad vitanda peccata & emendationem vitæ.

V. Ut

DE PECCATO. 117

V. *Ut tranquillitas publica conseruetur.*

VI. *Ut exemplis horribilium pœnarum des-
terruti alij vitent delicta, quibus pœna attra-
huntur.*

Omnibus autem comminationibus pœna-
rum addit *Deus* conditionem pœnitentie, qua
semper vel liberatio vel mitigatio calamita-
tum impetratur, ut Ieremie 18. dicitur: Si pœ-
nitentiam egerit gens illa à malicia sua, con-
tra quam loquor: agam & ego pœnitentiam
super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.

*gratiam
pœnitentie addita.*

QVARTVS
LOCVS.

DE PECCATO.

Quid est Peccatum?

PECCATVM est quicquid non con-
gruit cum norma Legis diuinæ. 1. Ioh. 3.
et à pœnitentia est in aequitate, vel, ut in Locis des-
finitur:

PECCATVM est defectus, vel inclina-

I iii